



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XCIII. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt die von Agnes, seiner
Gemahlin, der Stadt Stendal beigelegten Rechte und Gnadenerweisungen,
am 22. Dezember 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XCII. Markgraf Woldemar verzeignet dem St. Georgen-Hospital in Stendal Gebungen aus
Göhren, am 26. Juni 1319.

In nomine Domini Amen. Acciones humane si non literarum firmentur testimonio, perpetuum propter oblivionem et temporis mutabilitatem decidunt in errorem. Hinc est, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, recognoscimus et in rei geste perpetuam ducimus memoriam, quod propter Deum nec non propter devotam instanciam Domini Henrici, dicti Wokenstede, Ecclesie sancti Nicolai Stendaliensis vicarii, nec non Betekini de Hemerden, civis nostri de Stendal, dedimus et per presentes literas solempniter donamus domui leproforum prope muros Stendalienses site ac hominibus a Deo percussis ibidem presentibus et futuris proprietatem unius chori duri frumenti in villa Ghor, quem chorum dicti Vicarius et civis pro remedio salutari animarum suarum et parentum suorum dicte domui donaverunt suis denariis comparatum, perpetuis temporibus liberaliter absque omni onere precarie et servicii possidendum pleno jure ac omnimoda libertate iusto titulo proprietatis. Renunciantes dicte proprietati renunciacione sollempni quoad nos et nostros heredes, nec non universo juri, quod nobis competere ex causa possit quacunq. Et ut presens nostra et dictorum pia donacio celebrata salubriter in omnipotentis Dei oculis placida et accepta permaneat sine fine immota, hanc literam super eo dari iussimus sigilli nostri robore firmatam. Testes vero ad hoc vocati sunt Guntherus, Comes de Kevernberg, Redeko, Marcallus noster, Drosoko, noster pincerna, Fredericus de Scepelitz, advocatus noster, milites; Everardus, prepositus Berlinensis, et Hermannus de Luchow, nostri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Tangermundis, Anno Domini MCCCXIX., die beatorum Johannis et Pauli.

Bestmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 135. Lenz Br. Urk. S. 211 f. No. XCIX.

XCIII. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt die von Agnes, seiner Gemahlin, der Stadt
Stendal beigelegten Rechte und Gnadenweisungen, am 22. Dezember 1319.

Dei gracia Nos Otto, Dux in Brunswich, recognoscimus publice in his scriptis, quod consules et uniuersos ciues in Stendal nobis fideles et dilectos in nostra protectione tenere volumus et uniuersam gratiam seu iusticiam ipsis a Domina Agnete, conthorali nostra Karissima, in suis patentibus literis indultas, ad tempora vite ipsius nostre conthoralis gratas et ratas inuolabiler volumus observare. In huius testimonium dedimus ipsis presentem literam nostri sigilli munimine roboratam. Datum Stendal, anno Domini M^o. CCC^o. XVIII^o., in crastino beati thome apostoli.

Nach dem Original des Stendalschen Rathesarchives No. 48.